inter Clerum Ravennatem rogantem, & Agnellum primò ſe modeſtè excuſantem, inde onus in ſe recipientem ſcribendi Pontificalis Libri Codicem. Dactylici, qui ſequuntur, verſus, quem ſenſum habeant divinare minimè vacat, nec tanti id eſt, ut me ab opere ipſo demum conſiderando, remoretur. Sufficit itaque verſus ipſos exhibere cum ſuo titulo.

Incipit Carmen Dactylicum Senarium Pempticon, ideſt miſſum; ſed primum detracticum, dehinc diſtichon Monaſticum, quæ intentiones magnas........

Fortuitu quondam veniſſe Presbyterorum
Turba Ravennatum ſimul, inter quos fuit unus
Andreas dictus, Fratres quem voce precari
Demiſſa ſcripſiſſe ſui, quò Pontificalem;
Tum reſpondit ei humilis, ſed voce ſagaci.
Agnellus: Qui mihi ſenſus ineſt, aut eſt quæ lectio, poſſim
Tantillo ſenſu comprehendere centies octo
Annorum curſus *vita*, (1) vel geſta priorum?
Talia dum fallens promiſcuis fronte dueli
A Aſſolitus jugiter, quia nobis intima quæque.
Clauſa videntur in auditu nudare *petendo*. (2)
Presbyteri: Triſtamur nimiùm quantùm crudelis Amice!
Agnellus: Tum quoniam victus rogo vos orate Tonantem
Sydera qui torquet, latices refrenatque marinos,
Vita præcipite curſum convertat in ortum.
Et ſenſum tribuat ſcribendi Pontificalem.
Presbyteri; Sic *nimirum* (3) cupidi faciemus, cumque precantem
Sit firmus, opus verbis reſpondeat uſque,
Hic quamquam durus tamen laborat tamen ultro.
B *Agnellus*: Actus Pontificum referam, nomenque priorum.
Presbyteri: Agnellus quondam, nunc Andreas juge ſalve.
Agnellus: Salvete Sacerdotes per ſecula cuncta.

Clare fidelis	Carmina parva
Edita vobis	Suggere tu, qui
Muſa regalis	Erga fidelis
Dicere laudes	Semper Amicis.

(1) *vitam*. Mur.
(2) *patendo*. Mur.
(3) *nimium*. Mur.